exercituum probator iusti · siue qui probas iustum · qui uides renes
& cor · uideam quaeso ultionem tuam ex eis; Tibi enim reuelaui
causam meam ; Solus e(st) d(omi)n(u)s · qui nouerit probare iustitiam; quo
modo solus est qui cordis interna conspiciat; unde & ih(esu)s sciens cogi
tationes hominum ; Non ex profectu ut quidam putant · sed natura
d(eu)s est; Tale quid & in psalmis sonat · Non iustificabitur in conspec
tu tuo omnis uiuens · Si uiuens uirtutibus non iustificatur · quan
to magis qui peccatis mortuus e(st); Cumq(ue) sciat iustus habere pro
pugnatorem d(omi)n(u)m · tamen inpatientia fragilitatis humanae q(uo)d no
uit e(ss)e uenturum iam nunc uidere desiderat; Cui & reuelauit causam
suam qui dicit in alio loco ; Mihi uindictam ego retribuam dicit d(omi)n(u)s; felix
autem conscientia · cuius causa d(omi)no reuelatur · dicente apostolo ; Om
ne q(uo)d manifestatur lux est; Cantate d(omi)no · laudate d(omi)n(u)m · quia
liberauit animam pauperis · de manu pessimorum ; Qui pauper est sp(irit)u
nec habet diuitias · quas receperunt in isto saeculo consolationem suam ·
& de quib(us) paulus loquitur · tantum ut pauperum memores essemus · Cum
fuerit uindictam a d(omi)no consecutus · d(omi)n(u)m laudat in sp(irit)u · & se de manu pes
simorum erutum gloriatur ; Hoc autem totum fit non n(ost)ro merito ·
sed eius gratia · qui pauperem liberauit; Nec habet diuitias sup
biae corruentis · sed humilitatem pauperis liberati ;

Maledicta dies in qua natus sum · dies in qua peperit me mater mea
non sit benedicta ; Maledictus uir siue homo qui adnuntiauit
patri meo dicens ; natus e(st) tibi filius masculus · & quasi gaudio laetifi
cauit eum ; sit homo ille ut sunt ciuitates quas subuertit d(omi)n(u)s · & n(on)

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0197